



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Natales Sanctorvm Belgii, & eorundem Chronica
Recapitvatio**

Molanus, Johannes

Dvaci, 1616

Vigesima octaua lunij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9477

Iunij 28.

NA T A L E S

Thomas Cantipratensis, in libro Apum. Quar-
Lib. 2. c. 2 ta, ait, nostri temporis crux contra Stadingos pre-
dicata est, quos in Theutonia Heinricus dux Bra-
bantiae, cum suis, stravit.

Vigesima septima Iunij.

De sancto Adelino confessore.

Ex Martyrologio Cripinij, & vita Landelini.

CRISPINIJ natalis beatissimi A D E L I N I, con-
fessoris Christi. Hic à B. Landelino, super
fluum Hor constitutus, ut Christi athleta vitam
virtutibus adornatam sedulò dicens, migrauit ad
Christum. In quo loco sepultus fuisse creditur, vt
miracula crebra monstrarunt, sed postea Crispinij
translatus, cum magistro adesse monstratur.
Fuit collega sancti Landelini cum tertio Romam
peteret, eiusque in verbi Dei prædicatione, insi-
gnis cooperator.

Vigesima octava Iunij.

De reliquijs sancti Benigni martyris.

Ex bibliothecis Vlerai etensum ecclesiarum.

Traiecti, beati Benigni martyris atque Pon-
tificis. Hic propter corporis aut reliquiarum
allationem, nouem lectiones habet vigilia sanctorum
Petri & Pauli, in collegiatis ecclesijs beato-
rum Martini & Petri.

Sed cuius beati Benigni hæ sint reliquæ, verus est con-
troversia, nondum, quod sciam, resoluta. Ideo que eam in-
decisam relinquo.

Constat autem reliquias allatas esse à Baldri-
co pio,

co pio Cluēsis Comitis filio, decimo quinto episco po Traiectensi: qui Othonis primi Consiliarius fuit, & filij eius præceptor. E regione enim reliquiarum beatæ Agnetis superest dicti præsulis Epitaphium:

*Traiectina feris vrbis Danis versa latebat,
Baldricus prisum reddidit iste decus.*

*Auspicio cuius iam Pontius, Agna, Benignus,
Conseruant urbem, fulget eccllesia.*

Die trigesima Iunij.

1º De sancta Adilia, virginе Orpiensi.

Ex historia propriæ ecclesiae, & narratione domini Petri Longolij, Pastoris ibidem.

Orpij, sanctæ ADILLÆ, virginis sanctimoniæ: quæ festum habet nouem lectionum, postridie sanctorum Petri & Pauli, & in dicti loci monte, temporibus Childefici, multis sanctimoniis præfuit. Sed cum esset hospitalitate præcipua, videretque pauciores propter montis molestias eò cōnenire, in inferiori loco ædificauit ecclesiam sancti Martini, & ad eam monasterium transtulit cum hospitalitate, ad recipiendos Christianos. Singulari autem pietate recipiebat viros ecclesiasticos de Scotia. Quieuit vero in dicta sancti Martini ecclesia, in crypta ante altare sancti Ioannis Baptistæ, sed inde eleuata est in ferrum. Monasterium autem & hospitalitas, quorum historia meminit, per bella omnino interierunt. Insigne autem eius loci monumentum, est fons sanctæ Adillæ, cuius aqua, ut à venerando & docto eius loci Pastore intellecti

R 3 omnes